

*Summit. ane: b. Mj. Bacc. Juniper.*

*ʒi. Өis ʒii.*

*Incid. grosso modo pro pediluvio.*

Singularis balsami anticatarrhalis,  
cujus operam addendo guttas aliquot  
olei C. C. s̄epe felici cum successu exper-  
ti sumus, meminit *Rofincius lib. 3. Consul-  
tat. 1.* paratur ita :

*℞ օ nuc. mosch. ʒij. succin. ʒi. junip. ʒi.*

*majoran. ʒi. Baſ. Peruvian. ʒi.*

Misc. F. I. a. Balsamum S. Balsam an die  
Schlässe und auf den Nacken justreichen.

## CAPUT IX.

### JUNIPERUM IN OCULORUM MORBIS COMMENDAT.

#### I. VISUS IMBECILLITAS.

*Visus Im-  
becillitas,  
ejus No-  
mina.*

Magnum ad quævis negotia expedi-  
enda est impedimentum Visus Im-  
becillitas. Græcè dicitur ἀμάνωσις, ἀπὸ<sup>τῆς</sup> ἀμάνης, quod obscurum quid, vel  
ἀπὸ ἀμάνειας, quod obscurescere deno-  
tat. Vocatur quoq; ἀμβλωπία, ἀμβλω-  
πα &c ἀμβλωσις, ἀμβλύ enim hebes &  
obtusum, & ἀμβλύνω idem quod obtun-  
do, hebeto, obtusum reddo, significat.

Differen-  
tie.  
Nomina hæc inter Autores s̄epe pro  
Synonymis habentur, aliter tamen senti-  
unt Aetius tetrad. 2. serm. 3. cap. 48. Paulus  
lib. 3. cap. 12. Attuarius lib. 2. meth. med.  
c. 7. & ἀμάνησις, quæ etiam nonnullis  
gutta

gutta serena, Germanis der schwärze  
Staar audit, perfectum videndi impedimentum, cum nempe omnino nihil certatur sine manifesta oculi affectione, dicunt, *αυβλυωπίαν* verò videndi saltem obscuritatem nominant.

Differunt itaque inter se ratione graduum, & magnitudine causarum, quæ si majores sint *αυδύωπιον*, si minores sint *αυβλυωπίαν* introducunt.

In yisu debilitate corrigenda & cœcitate prohibendâ locum non postremum tenet Juniperus, partesque ejus plerisque medicamentis ophthalmicis admiscentur. Ita enim *Sennertus lib. 1. Med. Pract. part. 3. sect. 2. cap. 44.* Aquam ophthalmicam componit:

**Bx** Fol. rut. euphras. verben. fœnic. àā Mj.  
Summit. rosmar. salv. Fl. rosar. àā pij.  
Gran. junip. 3ij. cass. lign. 3lb. lign. aloës 3b  
Sem. fœnic. 3ij. rut. 3b.

Infund. in vini malvat lbvi. Macerentur per dies V. postea destillentur.

Aquam quoque ophthalmicam *D. Döreri* aliamque aquam ophthalmicam, ut & Eleutharium oculos roborans idem Autor subjungit, quibus omnibus *Baccæ Juniperinae* adjunguntur, & in aquâ oculari internâ *Mysichti* primum tenent locum & basin illius ferè constituant *Baccæ Juniperinae*, sicuti videri potest *seet. 19. Armamentar. Chym. p. 297.*

Vi-

Vinum medicatum tale in visus  
imbecillitate præscripsit *Platerus lib. 1.*  
*obseruat. pag. 107.*

**EZ** *Fol. euphras. sicc. 3ij. Rad. fœnicul. 3ij.*  
*Fol. caryophyllat. 3vi. beron. verben.*  
*majoran. àā 3ß.*

*Flor. rosmar. 3ij. Sem. fœnic. 3ß.*

*Gran. Juniper. 3j.*

Incidantur atque in doliolo collocentur  
inter scobes *ligni Juniperini*, affunde Vi-  
ni albi generosi Mensuras X. vel XII. Ser-  
vetur ad usum.

*Philippus Müllerus lib. V. Miracu-  
lor. Medic. sequens extollit Electuarium  
& hujus usu cœcum quendam 9 anno-  
rum visum recuperasse testatur, & *Quer-  
eetanus* meminit Papam Innocentium  
II. Abbatii cuidam visu ferè orbato ma-  
ximo cum successu idem misisse & adhi-  
buisse Electuarium *cap. 7. pag. 72. in  
Arkenet Buch.**

**EZ** *Sem. fœnic. 1½. Siler. montan. 1½.*  
*Euphrag. 1½. chamedryos, 3j.*  
*Rad. chelidon. 3ß. Sem. anis. apii, pe-  
terasel. àā 3iβ.*

*Puleg. Hyssop. Flor. borrag.*

*Gran. Juniper. Herb. saxifrag. àā 3iβ.*  
Pulverisata omnia excipiantur melle de-  
spumato, utatur manè & serò.

*Grüningius lib. 1. med. Pract. part. 2.  
cap. 3. Pulverem describit oculos mirè  
con-*

confortantem granis juniperinis quoque exornatum.

Cum autem Visus Debilitas senibus plerumque & frequenter accidere soleat, aquam aciem oculorum acuentem cœcitatemque in senibus prohibentem commendat *Quercetanus cap. 7.* Pharmacop. dogmat. restit. cuius hæc est descriptio:

- R** Rad. valerian. enul. camp. fœn. àā 3j.
- Herb. chelid. euphrag. àā Mij. beron. puleg. àā Mj.
- Sem. fœnic. siler. mont. àā 3vi. Bacc. Juniper. 3ß.
- Flor. caprifol. rosar. alb. àā pij.
- Stachad. salv. anthous, fambuc.
- Calend. schœnanth. àā pj.
- Zinzib. piper. long. cubebar. cardamom. àā 3iß.

Pulverisand. pulverisentur & contundenda contundantur & infusa in hydro-melit. malvat. vel vini Canariens. 1*bij.* ponantur ad ignem lendum vel Oem per 4. vel 6. dies, deinde præclo fortiter omnia exprimantur, expressioni adde Aquar. pecul. rosar. euphrag. àā 1*bij.* fœnic. chelidon. 1*mil.*

Misce, Dos. 3ß. ad j. bis tervye in septima-  
mana jejuno ventriculo. Potest quoque de eadem aqua una alterave guttula in oculos singulo manè instillari.

Ad

*Ad perspicilla in senibus præcavenda se-  
quentem aquam exhibet Bartitschij part.  
3. ὁφθαλμοδύειας cap. 3.*

**EZ** *Pic. deplumat. num. 1.*

*Herb. marrub. alb. fol. rus. àā MVI.  
beton. euphrag. àā Miij.*

*Rad. bardan. Gran. juniper. àā Mj.*

*Omnia hæc viridia & recentia contun-  
dantur & in Bal. Mar. destillentur in a-  
quam, quâ singulis diebus tempore ve-  
spertino oculi illinantur & sponte exsic-  
cari permittatur.*

**Dilatatio  
pupilla-  
rum.**

**Nervio-  
ptici vi-  
tia.**

*Visum quoque debiliorem reddit  
Dilatatio pupillarum in oculis, ad quam  
corrigendam præmissis præmittendis  
sequens componit. Decoctum Sennertus  
lib. 1. Med. Pract. part. 3. lect. 2. cap. 26.*

**EZ** *Gum. Arab. sandarac. Ar. tragacantha.  
Turie àā 3ij. Bol. Armen. 3lb.*

*Sem. lin. cydoneor. croci. àā 3j.*

*Succ. granator. 3lb ▽. rosar. 1lb.*

*Macerentur omnia in loco calido per  
noctem postea ebulliant horâ dimidiâ &  
Colentur.*

*Quod si à vitiis nervi optici visio minua-  
tur vel aboleri videatur, sequens jā lau-  
datus Sennertus cap. 27. lib. 1. citat. proponit:*

**EZ** *Lign. quajac. 1lb.*

*Rad. sarsaparilli. 3lij. dictamn. alb. 3j.*

*Coqu. in 1lb. Aquæ ad tertiae partis  
consumptionem, quâ de manè & vesperi  
3vi.*

3vi. exhibeantur. Reliquis adde:

*Herb. Euphrag. Mij.*

*Gran. Juniper. cinnamon. sem fænic. àā 3j.*

Affunde Aquæ 11xii. Coque iterum ad tertiaræ partis consumtionem, quæ exhiberi potest ut antea.

Læditur quoque & imminuitur Visus *Serabi-*  
in *Serabismo*, ad quem tollendum sequen- *mua.*  
tes Species pro capitis lotione laudat  
*Bartuschius* part. 2. ὁΦθαλμοδύλειας c. 4.

*Herb. abrotan. hyssop.*

*Flor. hyperic. lavend. cheir. bac. laur.*  
àā Mß.

*Gran. juniper. 3iB Rad. asar. Nuc.*  
mosch. àā 3B

Coqu. cum 11ij. Vini Rhenani & 11ij. Δα  
fontan. pro lotione capitis.

Singularis quoque Visus læsio con-  
tingit in *nunjalωπια*. quā affecti post So- *nunjalω-*  
lis occasum parūm, vel nihil planè vide- *πια.*  
re possunt. Hæc si tollenda, sequentibus  
fieri posse sæpe citatus *Bartuschius* part. 3.  
ὁΦθαλμοδύλειας cap. 6. afferit.

**R** *Herb. taxi 3iB majoran. bacc. junip. àā 3j.*

*Piper. long. castor. mann. opt. àā 3B.*

Concis. & contus. affunde Vini & aquæ  
fontan. àā qf. Coq. parūm & de Colatu-  
ra manè & vesperi cochlearia duo as-  
mantur.

Externe **R** *Amyli 3iij sandarac. Ar. 3ij.*

*Croci 3ij.*

*Pulve.*

Pulverisata misce & illis affunde vīm endiviz, parietar. nymphæ āā qf. F. Cataplasma noctu oculis imponendum.

## II. SUFFUSIO.

*Suffusio.*

**M**iser homo est cui visio abolita, contingit illa in suffusione, à quā tamē ægri liberari quandoque possunt.

*Exter-  
num.*

Sic *Aquans Juniperi* oculis instillatam suffusionem arcere asserit *Tabernæmontanus lib. 3. Herbar. Cap. X.*

*Interna.*

Ad suffusionem per consensum interne commendat *Spiritum Juniperi Sebizius part. 2. Spec. med. Pract. sect. V. cap. 38.*

*Platerus lib. 1. Observat. p. 105.* aquam hanc efficacem deprædicat ejusque vires ad cerebrum, nervos, oculosque, si assūmatur, pertingere testatur:

**E**x *Herb. fænic. rut. euphrag. verben. chelidon.* āā Mj.

*Summit. rosmarin. salv. fl. rosar. āā pj.*

*Bacc. Juniper. 3vi. laur. 3ß.*

*Caryophill. piper. āā 3j. cinamom. 3ß.*

*Lign. Aloes 3ß. Sem. fænic. 3ij. siler. mone. 3j. Sem. rut. 3ß.*

Infund. in vino generoso & destillentur.

Vinum laxans ophthalmicum *D. Plempii* multis hoc malo laborantibus salutare fuisse testantur *Grülingius lib. 1 Med. Pract. part. 2. cap. 7.*

**E**x *Sum-*

**E**x *Summitat. euphrag. Mj.*

*Fol. beton. majoran. caryophyl. āā Mß.*  
*Flor. lavend. anthou āā pj. lin. SS. ȝj.*  
*Agario. trochis cat. hermoaactyl. āā ȝij.*  
*Sem. fœn. gran. Juniper. cinam. āā ȝij.*  
*Caryophillor. ȝj. Sacchar. albifl. ȝij.*

Misc. pro nodulo.

Electuarium ad visum recuperandum mirabile ex MSS. B. D. D. Michaëlis ab alio ipsi communicatum refert & immutat B. D. D. Hfmannus p. 53. Thelaur. pharmacevt. cui baccæ juniperi ad ȝß. quoque additæ conspiciuntur.

Ad guttam serenam à putridis & pravis humoribus ortam sequens componit Electuarium Bartramius part. VI. οΦθαλμούσθειας cap. V.

**E**x *Pulv. lign. quajac. ȝiv. Rad. chin. ȝij.*  
*galang. caryoph. āā ȝj. Zedoar. ȝvi.*  
*Syrup. Squillit. ȝvi. ♂ juniper. ȝij.*  
*Mellis desfumat. ȝbiß. Misc.*

F. Electuarium. Dos. manè & vesperi qualitate nucis corylinæ.

Singulare quoque Decoctum in prædicto affectuidem commendat Auctor cap. 6. lib. 2. cit. ȝijß. bacc juniper. exaltatum & citato loco videndum.

### III. OCULORUM EPIPHORA.

**E**piphora Vox ambigua est, significat *Epiphora*, enim quamvis humorum in partem ejus significat aliquam *cato*.

aliquam irruptionem, quo sensu ventris & uteri epiphoras dixit *Plinius*. Communiter autem denotat humoris aquosí vel serosí in oculos influxum, qui nonnunquam cum dolore, ardore, rubore & morbu, nonnunquam absque ejusmodi symptomatibus ægros molestat assiduâ lachrymarum destillatione, ut lucem quandoque ferre interdum verò minimè illam tolerare possunt.

Calida est Epiphora vel Frigida. In calida recensita symptomata adsunt & pejor est frigidâ, quippe quæ tantis molestiis non est stipata.

Ad hunc affectum, ut & ad varia oculorum vitia paratur ex fungo Juniperino aqua ophthalmica, quam *Conrad Kunrath* tractat. XX. medulli. destillator. ita parari docet :

**Rx** *Fungor. Juniperi q. v.*

In vitro calori ♂is exponantur, tunc fungi abeunt in aquam, quam si aliquamdiu acervo formicarum sepelieris, pellicula magis fit & clara.

### Internè.

In omnibus humorum ad oculos defluxionibus & doloribus hanc potionem extollit sàpe *Citatus Bartuschius* part. 12. Θαλυδώλειας cap. 1.

**Rx** *Herb. cent. maj. ȝiȝ. abrot. arthemis. alb. majoran. ȝaȝj.*

*Bacc. juniper. ȝiȝ. macer. sacch. cand. ȝaȝj.* Con-

Concif. & contus. coqu. in s. q.  $\nabla\alpha$  vel Vini, de Colaturâ capiantur manè & vesperi cochlearia VI.

In frigidâ oculorum Epiphorâ tale præscribit Ceratum Riverius lib. 2. Med. Pract. cap. XVII.

**EZ** Thur. mastich.  $\text{aa} \frac{3}{4}$  j.

Gumm. anim. camahac. lap. ha-  
matit.  $\text{aa} \frac{3}{4}$  jj.

Gumm. Juniper.  $\frac{3}{4}$  j. Cere q. f.

Misc. F. Ceratum.

Sequens aqua tām in hoc affectu,  
quām in ophthalmia aliisque cum rubo-  
re, dolore conjunctis oculorum vitiis  
commendari meretur:

**EZ** Herb. junior. fæsic. euphrag. chelid-  
on.  $\text{aa} \frac{1}{2}$  Miv.

Flor. rosar. sambuc.  $\text{aa} \frac{1}{2}$  Mj.

Sem. rut.  $\frac{3}{4}$  jj.

Concif. infund. in s. q.  $\nabla\alpha$  è musco Junc-  
per no paratæ, digerantur per aliquot  
dies, & postea destillentur in Bal. Mar.

Hæc aqua mira præstitit in per- **Observa-**  
sona Illustrissimā, cùm enim illa elapso **tio.**  
anno malam dextram globulis minimis,  
vulgò Bogels root / vulnerasset oculi-  
susque hisce, leviter licet, laesus esset, to-  
tus oculus tumorem concipiebat & in-  
genti rubore & dolore Illustrissimam  
hanc personam molestabat, cum summo  
itaque & felicissimo successu oculum

K

ab

ab omnibus symptomatibus liberavimus,  
crebro in illum instillando sequens Col-  
lyrium:

**E**x Sief alb. c. opio 3j. Tut. præp. 3ß.

Perlar. præp. 3j. camphor. 3ij.

Tenuissimè pulverisata misceantur cum  
aqua ophibalmica jam præscripta q. s. D.S.

Sonderlich Augenwasser.

## CAPUT X.

### VIRES JUNIPERI IN AURI- UM AFFECTIBUS EX- PLANAT.

#### I. ALIUM TINNITUS.

*Aurium  
Tinnitus.* **T**ela prævisa cum minus nocere sole-  
ant, ideo prænunciatum ev tare peri-  
culum sapientis est. Nuncius malis sub-  
secuturi, surditatis videlicet, non in-  
certus est Tinnitus aurium, qui cum &  
ipse auditum lædat & plerumque flati-  
bus & vaporibus ortum suum debeat  
adque graviora mala fenestram patefa-  
ciat, mature carminativis tollendus est  
medicamentis, quibus & Juniperus non  
immerito associatur.

*Platerus lib. 1. Observat.* hâc confe-  
ctione siccâ ad Vapores, ne caput pe-  
tant, impediendos utendum syadet pag.  
123. quem ita componit.

**E**x Sem. coriandr. fœnie. anis. carv. facch.  
semiobdutor. aa 3ß.

*Pulv.*